

(Stanisław August) Serenissimo... Coll. Nob. Warsa-
viense Soc. Jesu.
(wiersz).

XVIII. 3. 87

72
SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE

PRINCIPI

STANISLAO

AUGUSTO

POLONIARUM REGI

ORTHODOXO, PIO, FELICI, PACIFICO,

MAGNO LITVANIÆ DUCI &c&c

LITERARUM LITERATORUMQUE PROTECTORI,

COLLEGIUM NOBILIUM VARSAVIENSE

Societatis JESU.



ET potuit tantos domus hæc meruisse favores,

Ipsa tuo quæ sit Rex pede digna teri?

Vix ea Principibus contingunt mûnera tectis,

Munera, quæ & Procerum tecta beare solent;

Ultima fervorum fumus at nos turba tuorum,

Tam magnum infueta sustinuisse jubar.

Nec nobis quidquam tanto foret hospite dignum,

Ni tenerum cor, quo fuscipiare foret.

Pandimus hoc tibi Rex, at non eris hospes in illo,

Incola qui nostri semper Amoris eras.

Quidquid id est; non te, quamvis diademate fulgès,

Pendet & à nutu Sarmatis ora tuo,

Dedecet exiguos, Princeps, subiisse penates:

Ipsis hic etiam mûs fuit ante Diis.

Non semper, media cœli qui regnat in arce

Juppiter astriferum Rex pede calcat iter;

Ipsè & pennato per inane satellite vectus,

Fertur terrestres incoluisse plagas.

Nec qui flammigeros urget super astra jugales

Voluit inexhaustum semper Apollo jubar;

Ipsè etiam tereti roseum caput eximit auro,

Castalidumque choros & juga nota petit.

Sæpe

Saepe graves animo fas est deponere curas,
 Non illis etiam Numina summa vacant.
 Est, quod agat celso Superum moderator Olympo,
 Est, quod agant terris qui ab Jove regna tenent.
 Nam neque frontis honos fulvumque in crinibus aurum
 Nec pretiosa suo pondere sceptrata carent.
 Utque magis celsa fortuna in sede locavit,
 Cum cydari gravius regibus addit onus.
 Novimus, ut regnum sit res operosa tenere,
 Quamque grave est illi, qui bonus esse cupit.
 Nec bonus esse potest, qui non simul esse laborat
 Et fieri populi rexque paterque sui.
 Multi Caesareum Latio diadema ferebant:
 Augustus meruit nomen habere patris.
 Multi Augustorum nomen tenuere, sed unus
 Rex es, qui Augusti nomina remque tenes.
 Hic Martem domuit motusque coercuit omnes,
 Nataque in alternas civica bella neces,
 Hic Latias aequis firmavit legibus urbes,
 Auxit opes, Luxu fræna ferenda dedit,
 Hic strepitu armorum profugas ex urbe Camænas
 Reddidit antiquo restituitque lari.
 Te pariter populi fasces moderante Poloni
 Augustum aspiciunt tempora nostra suum.
 Jam Furor & toto turpis Discordia regno
 Cedit & ad vultus infremit illa tuos,
 Infremit & multo quatiens caput angve revinctum,
 Ipsa suas mordet sanguinolenta faces.
 Sed Pietas, sed rura colit Concordia mitis
 Et flavas oleis Pax redimita comas.
 Nec Libertati maleuada Licentia nomen
 Eripit, & blando nomine tecta furit,
 Nec Favor aut Lucrum meritos dispensat honores,
 Heu, quid non regnum pertulit inde mali!
 Plus nocet hoste ipso, fungi qui munere nescit
 Quod petit, & patriam decipit ipse suam.
 Et Phætona ferunt Solis rexisse quadrigas,
 Munus at hoc terris exitiale fuit.
 Exussit flammis orbem, didicitque cadendo
 Majora ingenio fræna petisse suo.
 Turpe procul Lucrum, vani procul este Favores.
 Nunc speret, qui se promeruisse sciat:
 Nec petat indignus, quisquis sit, Rege sub isto,
 Cui meritum non fors sceptrata Polona dedit.
 Hic etiam nostris veniet sub Principe Musis
 Priscus honos, longa que tacere mora,
 Sarma

Sarmaticoque loquitur dilectis sermone Sorores,
Et fluet Jstuleis Castalis unda vadis,
Jamque adeo in Vates omnis se gleba resolvit,
Et populo cari Principis acta canit;
Vos tantum o Superi Patriae servate Parentem
Et placida inceptis mente favete suis!

Toż po Polsku.



Mogłoż kiedy to szczęście potkać nasze progi
By twe po nich Monarcho deptać miały nogi?
Fortunne Książąt gmachy, choć się im raz zdarzy

Widzieć w podwoiach swoich promień Pańskiej twarzy!
Myśmy z sług twych najniżsi, ani możemy żądać,
By słabe oczy miały na twój blask poglądać.
Ni takiemu gościowi znajdzie dom nasz wszytek
Miejsca, chyba że w sercu damy ci przybytek;
Ten ci więc otwieramy; lecz tam gościem Panie
Niebędziesz, bo w nim dawno miałeś pomieszkanie.
Cóżkolwiek bądź; choć na twej widzimy złotą głowie,
Y z ust twych praw czekaia waleczni Lechowie,
W niczym ci nie uwłacza ta podła gościna:
Wszak i Bogom odwiedzać ludzi nie nowina.
Nie zawsze, co swdy pałac wyniosł nad obłoki,
Po gwiazdzistych posadzках Jowisz liczy kroki,
Częstokroć febrnopiorym orłem uniesiony,
Wziawszy postać śmiertelną zwiedza ziemskie strony.
Ani, co przez niebieskie wozi światło znaki,
Pędzi zawsze Apollo poczwórne rumaki,
Czasem złote z swych skroni złożywszy promienie,
Spieszny gdzie Parnas z laurow czyni słodkie cienie.
Często nada z umysłu przykre złożyć troski.
Wszak od starań ani sam wolen rodzaj Boski.
Ma co czynić w niebieskich, ten co wszystkim włada,
Ma zwierzchność, co na ziemi tron jego zasiada.
Korona, jasność berła, i blask z pereł mnogi,
Cóż jest jeśli nie ciężar? to tylko, że drogi.
Kogo na wyższym stopniu szczęście posadziło,
Temu więcej frasunków i trosk przyczyniło.
Wiemy, iak ciężka przez się rzecz ludem kierować,
Cóż temu, kto chce z niego pożytkiem panować?
Dobrym zaś żaden nie jest z Królów, chyba który
Łączy serce oycowskie z powagą purpury.

Wielu było, co światu pánowali w Rzymie,
A ieden August nosił ślodkie Oycá imie
Wielu było Augustów; tys ieden z tey kwoty
Cós z imieniem Augusta złączył iego cnoty.
Ugasił on pożary od Marsa wzniecone,
J na własná krew groty ztępił zaostrzone,
Przywrócił sprawiedliwość i rząd miastom dawný,
Przyczynił skarbu, wygnał zbytek marnotrawny,
A szczękiem nienawifney broni które były
Ufzły z Rzymu, za niego Muzy się wróciły.
Równie za ciebie Królu potomstwo Lechowe
Widzi w Monarsie swoim wieki Augustowe.
Już Szaleństwo i co krew lać braterską rada
Niemogąc znieść twęý twarzą precz uchodzi Zwada,
Uchodzi, á z rozpaczý trzęsąc warkocz śmóczy,
Wściekła w pochodniach własných kły pieniste tłoczy,
A Pobożność ze Zgodą zwiedza naszé niwy
J Pokoy nosząc wieńce na głowie z oliwy.
Ni Śwawola w obłudney wolności maszkarze
Łamie praw, co w przód kłóyla trony i ołtarze,
Ni Fawor z Zyskiem podłym urzędzy rozdawa.
O iak wiele z tąd złego kray ieszcze doznawa!
Więcey niż nieprzyziaciel Oyczyźnie swęý wadzi,
Kto się pnie na urzędzy i bez zasług sadzi.
J Faeton chciał rzádzić cugi słonecznemi,
Lecz ten dar był ostatnią zgubą całej ziemi.
Obrócił świat w perzynę, á upadkiem z nieba
Doznał że chciał więcej, niż dać mu było trzeba.
Precz z tąd Wzgłędy bez oczu, precz Zysku szkodliwy,
Teraz niech się spodziewa zdolny i poczciwy.
Wszak bez zasług rzecz próżna pukać w tego wrota
Który ieśli ma berło, tomu dała Cnota.
Za niego i Kamenom lustr swóý przywrócony
Będzie, á zaszcze próchem odezwą się strony,
J Sarmackim ięzykiem piejąc rymy swoie
Zamienią nurt Wiślany w Kastalijskie zdroie.
Ba iuz się wżysztka prawie Polska w Muzy zmienia,
Nucąc zewsząd dowcipne o swym Królu pienia.
Ty tylko spraw, o Boże, by był długo żywy,
A day początkom iego bieg równie szczęśliwy!



F

XVIII.3.87